Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



peccatorum oneribus pregrauatos. siue
agnos et arietes et hedos quos immo
lant altaribus suis que de iniquo et
rebelli corde simularunt. sed et in
hoc eodem propheta in uisione pastorum ari
etes aquas purissimas conturbantes
et inpingentes lateribus oues et cor
nibus dimicantes legimus. hedos quoque
qui ad sinistram stare consueuerunt. et ag
nos qui mentiuntur agnum de quo
scriptum est. ecce agnus dei. ecce qui
tollit peccata mundi. In bonam autem
partem camelos scribit esaias de ma-
dian quod interpretatur domini iudicium ueni-
re hierusalem. et epha. et arietes nabai-
oth et saba deferentes aurum et thus.
quorum duo ultima et amagis offe
runtur domino, istique cameli deposito o-
nere peccatorum possunt intrare ar-
tam et angustam uiam que ducit
ad uitam.

Venditores saba. et rema ipsi
negociatores tui cum uniuer
sis primis aromatibus. et lapide precio
sissimo et auro quod proposuerunt in mer-
catu tuo. In psalmis uero scriptum est re
ges arabum et saba. munera offerent
tibi in hebreo habent reges saba. et sa-
ba munera offerent tibi. Quorum unum
saba per sen litteram scribitur. alterum per
sameth. que nostre similis est. Quia ergo
saba interpretatur conuersio. hoc dicen
dum est. quod in presenti loco non conuersio
nem significet. sed aduersionem de qua
munera deferuntur cum uniuersis
aromatibus et odoribus optimis. et lapi
de precioso et auro que omnia in tyri
mundinis proponuntur. et ipsi enim
mentiuntur odorem optimum lapi
demque preciosum quo extruere per
uersitatis sue nituntur ecclesias. et au
rum quod pollicentur in sensu. omniaque
peruersa sunt. Nichil enim gratuito
accipiunt. nec gratis tribuunt.
sed uniuersa mercantur. cum reges
arabum et saba gratis xpo munera
offerant. Hii sunt. qui omnia turpis
lucri causa faciunt. et ab eo hec mu
nera susceperunt qui dicit in euuglio
hec omnia tradita sunt michi. que si
cecideris. dabo tibi. Rema autem siue
iuxta lxx. regina. in nullo alio scrip
turarum loco inuenire potui. nec
que regio sit quidue significet.
nisi quod manifestum est ex eo quod iun-
gitur saba uicinam huic prouincie
esse regionem.

Aran et chenne. et eden negocia
tores saba. assur. chelmad. uen
ditores tui. ipsi negociatores tui
multifariam in uoluchris iacinc-
ti. et polymitorum. galarumque precio
sarum que obuolute et astricte
erant funibus. lxx. charran. et chan
na. et edne. isti negociatores tui.
saba. assur. et chalmad institores
tui deferentes negociationem in
machalim et in galima. iacinctum
et polimita thesauros electos funibus
colligatos. et iste gentes diuersorum
locorum nomina continentes. Quod autem
de theodotione in lxx. additum est in
machalim. et in galima. symma
chus interpretatur est preciosis in uoluchris
polimita quoque que theodotio ua
ria interpretatur est. de aquila et symma